

ciosa<sup>3</sup>); ipsa quidem | ut columba mitis et humilis<sup>4</sup>) et electa domini specialis pulchra<sup>5</sup>) per totum aspicitur omnem a se rugam enormitatis abiciens et maculam deformitatis excludens<sup>6</sup>), vigilan|tibus illis, qui paterne sollicitudinis in ea gerunt officium, quod ibidem nulle possint viciorum spine succrescere, sed ipsa<sup>a</sup>) florum honoris et fructuum<sup>b</sup>) honestatis<sup>7</sup>) immar|cescibili polleat ubertate. Propter hunc etenim sancte operationis effectum numquam ordo vester officio aliene visitacionis vel correccionis indiguit, sed de ipso aliquibus aliis | reformationis beneficium ex providencia sedis apostolice iam provenit. Cum itaque nos, qui ex huiusmodi virtuosis actibus spiritu in domino exultamus, claris agnoscamus indicii dictum | ordinem esse aliis recte vite speculum et salutifere conversacionis exemplum, quod ipse sicut olim sic et in<sup>c</sup>) posterum ab eiusdem dumtaxat abbatibus ac monachis idoneis, quos | vos filii abbates ad hoc provideritis deputandos, et a nullo alio visitari possit aut corrigi, auctoritate presencium duximus statuendum, eadem auctoritate nichilominus | decernentes, ut, si aliquid contra statutum huiusmodi a quoquam propria extiterit temeritate presumptum, sit irritum et inane; et si forte aliquae sentencie in vos occasione huiusmodi | prolatae fuerint, nullum robur obtineant firmitatis, mandato sedis apostolice semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere vel | ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. | Dat. Lugduni XV kal.<sup>d</sup>) maii pontificatus nostri anno quarto.

### 137.

**(I) Papst Innozenz IV. gestattet Mag. Christoph, Notar des Markgrafen von Meißen, daß er ungeachtet des Statuts der Naumburger Kirche seine dortige Prébende behalten darf, falls er eine Prébende an der Meißner Kirche erlangen sollte. (II) Ders. teilt dem Abt von Alzelle den Inhalt dieses Schreibens mit und befiehlt ihm, keine Zuwiderhandlungen gegen die Mag. Christoph gewährte Vergünstigung zu erlauben.**

1247 Juni 20, Lyon

Original: —

Register: Città del Vaticano, A. S. V., Reg. Vat. 21, fol. 404v, Nr. 828 (R I) und Nr. 829 (R II).<sup>1)</sup>

a) ip auf Rasur (0,6 cm): Korrektur von erster Hand mit derselben Tinte B.

b) fructum B.

c) Korrektur an n mit derselben Tinte, danach eine kleine Rasur (0,1 cm) B.

d) Rasur (0,2 cm) zwischen XV und kal. B.

3) Vgl. Est. 2, 15.

4) Vgl. Matth. 11, 29.

5) Vgl. Cant. 6, 8. 9.

6) Vgl. Eph. 5, 27.

7) Vgl. Ecclus. 24, 23.

137. 1) Zu Reg. Vat. 21, welches die Schreiben aus den ersten fünf Pontifikatsjahren Innozenz' IV. enthält, vgl. Reg. d'Innocent IV, Bd. 1, S. VII f.; Giusti, Inventario, S. 9; Gualdo, Sussidi, S. 159.